

Magni Basilij Cesareę ciuitatis Archiepi: ad
nepotes suos pulchrę de legēdis libris secula-
ribus opusculū: titulis rubricisq; interstinctū
incipit scelicit? Prologus.

Uita sunt filij que hortant me ad ea
m vobis cōsulēda, que optima esse duco:
queq; vobis si illa sequimini pfutura
confido. Quippe et huiusmōi etas & multarū
rerū vsus, et insuper quod oīa maxime docet
in vtramq; partem imitatiōes satis esse exptū,
humanarū rerū me fecere peritū. Itaq; possū
his qui nuper vitā ingressi sunt, quasi viam ali-
quā, qua tutissie pficiscant, ostēdere. Accedit
ad hoc, q; naturali quidē necessitudie me, post
parētes, nemo est vobis ppīquior. Quāobrē
ego quidem erga vos, nec minus beniuolentie
habeo q; ipsi parentes: vos autē puto (nisi for-
te me vestra fallit opinio) cum me intuemini
parentum desiderio haud quā moueri. Si igit
que a me dicent ea, vos suscipere ac sequi pa-
rati estis: in secūdo eritis ordine laudatorum
apud Hesiodū. Sin minus: ego sane nihil mole-
stū dicam. Vos autē memīstis carminum illorū
in quibus ille poeta inquit, Optimū illum esse,
qui per seipsum que agenda sunt cōspicaretur,
sequētī autem gradu qui aliorū consilia seque-
retur qui vero ad neutrū horum aptus esset cū

a iij